

ritate vbicunq; se receperint. Et notandum q̄  
semper isti fratres dicuntur subditi Prouin-  
cialibus, quandiu in alia Prouincia non incor-  
porantur, quia officio Prouincialis cōmissit  
Clemens. 7. hanc potestatem, & non fraternitati:  
officiū autem Prouincialis idem est, licet ele-  
cti in Prouinciales plures fuerint.

¶ 4. Aduertenda est expositio huius breuis  
a fratre Focher quæ sic habet. Bene nota hęc  
concessionem: quia tenore huius Breuis fra-  
tres præfati possunt absoluere ab omnibus cę-  
suris, Excommunicationibus, & etiam ab om-  
nibus casibus siue Papæ, siue Episcopo refer-  
uatis, siue sint eis de iure reseruati, siue per su-  
as constitutiones synodales. Neq; valet quic-  
quid Episcopus in oppositum huius constitu-  
tionis ordinauerit, nempe ipse Papa concedē-  
do casus sibi reseruatos: per consequens con-  
cedit eos qui reseruātur Episcopis: quia dici-  
tur in. c. Cui licet, de re in. Cui licet quod est  
plus: licet utiq; quod est minus. Et qui conce-  
dit, id quod est maius: cōcedit & illud quod  
est minus, quando scilicet in illo maiori con-  
cluditur quod est minus. Sic in proposito in-  
casibus Papæ reseruatis, includuntur casus E-  
piscopo reseruati: & non è conuerso: q̄ patet  
quia